

quando via ordinaria iustitiæ, quam propria auctoritate eas auferre, & occupare; tamen in puncto juris teneo pro firma & vera sententia, quod possit propria auctoritate prædictas res auferre & apprehendere, dum tamen sine offensa alicujus personæ faciat; modò ille tertius detentator recuset restituere, modò non & hoc per fundamenta & jura pro prima parte adducta, quæ sunt expressa: & est communis opinio. Nec obstat primum motivum pro contraria parte adductum, in quo dixi, quod secundum aliquos DD. non reperitur jure cautum, quod civilis possessor possit expellere propria auctoritate clandestinum possessorem vel detentatorem: Quia imò bene reperitur jure cautum per superiora prima fundamenta. Secundò non obstat textus in dict. §. *Bellissimè*. Quia ille textus debet intelligi, quando dominus non possidebat rem, vel locum in quo ædificium factum erat: nam tunc, licet in ejus præjudicium sit factum, non potest propria auctoritate tollere, nisi ex magna vel necessaria causa, quæ consideratur in exemplis glossæ, Bartol. & DD. *ibi* si verò dominus possidebat rem, vel solum, bene potest propria auctoritate tollere: & ita procedunt prima jura, & per consequens nostra conclusio: ita in specie Albert. in dict. §. *Bellissimè*, & *ibi* Angel. de Perus. post Antiquos; & tenet Jas. in dict. leg. *Clam possidere*. §. *Qui ad nudinas*. ff. de *Acquirend. posses.* §. *column. num. 24.* Tertio non obstat textus in dict. leg. 1. Cod. *si mancip. ita ven. ne prostituta*. Quia respondeo, quod *ibi* ille, qui volebat rem propria auctoritate auferre ex pacto, non erat effectus possessor; unde non potest propria auctoritate sine iudice apprehendere; sed quando esset possessor, licet solum civilis, bene posset: ita solus Bald. *ibi* in fine. Sed in nostro casu iste successor majoratus est possessor rerum civilis & naturalis: Ergo possit. Quarto non obstat illa mea subtilis consideratio in quarto fundamento adducta: Quia notabiliter respondeo, quod ex eventu & successu probationis apparebit an justè vel injustè fecerit: nam si eo casu quo detentator expulsus conqueritur de sua expulsionem & injuria, successor majoratus, qui rem occupavit & ab eo abstulit, probaverit se verum & legitimum successorem majoratus; tunc impunè potuit facere, & nullam poenam incurrit, imò in prædictis rebus defendendus est: si verò non pro-

(p) De ista quæstione vide Molin. lib. 3. cap. 12. num. 12. Gregor. in leg. 7. titul. 4. part. 5. verb. *Posses.* Matienz. *ib. l. 8. titul. 7. lib. 5. gloss. 6. num. 2.* Tiraquell. in tract. de Mort. 4. part. declarat. 3. num. 17. Egid. Boss. qui in decreto Mediolanensi loquitur in titul. de Princ. & ejus privileg. num. 297. Auton. Gabr. lib. 5. Commun. opinionum, conclus. 9. num. 22. *ibid.* ubi

baverit se successorem majoratus, & res suis se inclusas in eo; tunc non potuit alium expellere, vel ab eo prædictas res propria auctoritate auferre; & secundum qualitatem expulsionis & apprehensionis tenebitur interdicto unde vi, vel remedio legis, si quis in tantum, vel alio juris remedio, quod tali casu competat. (p) Præterea juxta prædicta, utiliter & necessario quæro, si duo vel plures dicunt & contendunt se successores majoratus in solidum, & sic sibi invicem contradicunt, & inter eos est maxima contentio, adeo quod speratur rixa & discordia, & ad arma venire, quia uterque præparat se & suos pro adipiscenda actuali possessione & detentatione rerum: Quæ erunt partes iudicis in isto casu? an poterit ex officio vel ad partis petitionem eos inhibere sub aliqua poena, ne ad fundos & res majoratus accedant, & eas ponere in sequestro apud aliquem tertium, donec per iudicem determinetur, cui competat possessio, sine præjudicio juris uniuscujusque? Et certè dico quod sic, argumento textus qui est moralis & notandus, in leg. *Æquissimum*, aliàs 13. §. 3. ff. de *Usufructu* ubi si inter duos fructuarios est quæstio super usufructu, & qualiter eo uti debeant, iudex potest & debet se intromittere, ne veniant in arma: cujus verba sunt: *Cur enim, inquit Julianus, ad arma & rixam procedere patiatur Prætor quos potest jurisdictione sua compescere?* Ergo idem sit in quibuscumque aliis contententibus super aliqua possessione, & ad hoc illum textum notat & commendat *ibi* Bartol. in §. *Suprà proximo*, & *ibi* Albert. qui ponit istam practicam in dict. §. 2. column. versic. *Et ex hoc*, & Bald. *ibi*, in dict. leg. *Æquissimum*, in princip. & Angel. de Perus. in dict. §. *suprà proximo*, & ante omnes ad hoc notat & commendat Odofred. *ibi*, in princip. legis: & per illum textum tenet etiam Specul. in tit. de *Sequestrat. poses. & fruct.* versic. 1. Innocent. in cap. in *presentia*, de *probat.* 1. column. num. 2. licet corruptè alleget illum textum & *ibi* Joan. Andr. 2. column. in princip. Hostiens. 2. column. in medio. Cin. in leg. *Una*, Cod. *Uti possid. fin.* col. in fin. Jab. Butr. *ibi*, fin. column. in medio. Alberic. penultim. column. in fin. post *ibi*, in verb. *Prohibebit*. Albert. in leg. penultim. ff. *Ubi pupil. educ. deber.* Bald. in fin. leg. Cod. de *Edict. divi Adriani toll.* 2. column. post princip. idem Bald. *ubi*

ubi hoc reputat notabile, in leg. 2. Cod. de *Summa Trin. & fin. cap. num. 2.* Anchar. in cap. *Cupientes*. §. *Caterum*. 2. column. de *Elect.* facit optimus textus in leg. *Commun. dividundo*. §. *Cum de usufructu*. ff. *Commun. dividund.* textus in leg. 1. §. *Apud Julianum*. ff. de *Posit.* textus in l. final. ff. de *Tabul. exhibend.* textus in l. *Congruit*. in princip. ff. de *Offic. præsid.* (q) facit etiam bona ratio: quia si ex causa permessa est sequestratio personæ, ut est textus notabilis in l. 3. §. *Julianus*, versic. *Si verò utraque persona*. ff. de *Liberis exhiben.* textus in cap. *Cum locum de Sponsat.* textus in cap. *Ex transmissa de restit. spol.* ita etiam erit permessa sequestratio rerum. Unum tamen est, quod ista conclusio & doctrina debet intelligi quando non constaret quis eorum possideret, vel quando sumus certi quod neuter eorum possidet, & uterque præparat se ad arma: secus tamen est, quando constaret quod unus eorum possidet, vel esset in actuali detentatione, ex qua præsumatur possessio; quia tunc, licet alter se præparet ad arma & speretur rixa, non debet fieri sequestratio possessionis, sed possessor defendendus est per iudicem: ita singulariter Bald. in leg. *Quidam æstimaverunt*. ff. *Si cert. pet.* 2. column. post medium, versic. *Secundo casu* argumento, text. qui notabiliter facit, in leg. fin. ff. de *Offic. Procur. Cæsar.* idem Bald. in l. ordinarii. Cod. de *Rei vend.* 4. column. vers. *Sed hic quæro*, idem Bald. in cap. 2. de *Vita & honest. cl.* 2. column. num. 8. idem Bald. in cap. 1. de *Sequest. posses. & fruct.* 3. column. in medio. num. 9. & ad hoc tenet & reputat esse notabilem & quotidianum Jas. in dict. leg. *Quidam æstimaverunt*. ff. *Si cert. pet.* 3. column. post princip. & ante eos reperio quod ita in expresso tenet Alberic. in dict. leg. *Æquissimum*, quam legit in §. *antecedenti*. 2. column. & ex hoc sæpe per rationem, qui aliàs frustra esset prædictum interdictum *Uti possidetis*: & apertè hoc voluit Innocent. in cap. *In presentia*, de *Probat.* 1. column. num. 2.

(r) Præterea circa nostram legem & totam

(q) Vide Molin. idem docentem, de *Primogen. lib. 3. cap. 13. num. 71.* Matienz. in leg. 9. titul. 7. lib. 5. gloss. 1. num. 2. Covarrub. in *Practic. cap. 17. num. 5.* & in simili casu vide Paris consil. 41. column. versic. *Nec audiendi*, num. 16. lib. 1. consil. Tiraquell. in tract. de Mort. 6. part. declarat. 9. pag. 276. Mier. in tract. *Majoratum*. 3. part. quæst. 7. per totam.

(r) Et sic ad remedium interim dictum devenitur, de quo videas Covarr. *Practic. Quæst. c. 17.* & Mantic. in *Stilio Cancellariæ titul. 3. cap. 1. §. 27. glossa 4.* ubi undecim differentias inter hoc remedium & *Uti possidetis*, tradit: Hoc autem remedium, quod pro tenuta, seu actuali possessione rerum majoratus consequenda ad nostræ legis 45. executionem conceditur, in prima instantia apud iudices supremi consilii infra quinquaginta dies terminari debebat; in gradu vero supplicationis intra 40. & eo iudicio finito, casus ad regios conventus remittebatur quoad possessionem & proprietatem deducendam: hodiè autem hoc iudicium interim non est omnino sine remedio ex leg. 45. competente; cum in eo non solum de tenuta, sed de vera possessione agatur, & sola pro-

reperio ita in specie nec clarè hunc articulum in jure decisum: Sed teneo, quòd ista practica & conclusio sit optima & vera: quam de jure intendo fundare sic: Primò per textum singularem in jure in l. *Liberi*. §. *Si quis ex servitute*. ff. de *Libera. caus.* ubi disponitur, quòd quando lis vel quæstio vertitur inter dominum & servum, quia servus proclamatur in libertatem, dominus verò dicit eum servum, & dubitatur quis eorum debeat probare intentionem suam in proprietate, iudex summarie & sine libello potest & debet cognoscere quis eorum fuerit in possessione: quia si servus fuerit in quasi possessione libertatis, dominus debet agere & probare servitutem ejus; si verò dominus fuerit in possessione servitutis, servus ipse debet agere & probare se liberum: & illum textum, in suo proprio casu notant & commendat ibi Bartol. Alber. & Rainer. & illa decisio text. habet locum in qualibet alia causa: nam si duo vel plures asserunt se dominos alicujus rei, & uterque dicat se possidere, & nolit assumere onus probandi, iudex cognoscit summam de possessione, & possessorem defendet in sua possessione, & jubebit alterum agere & probare de proprietate, prout est de mente omnium Doctorum ibi: Et si dicas, quòd illa decisio sic intellecta nullam utilitatem vel novitatem adducit, cum de hoc sint plura jura idem dicentia, ut est casus expressus, in leg. *Ordinarii. Cod. de Rei vendition.* textus in leg. *Incerti juris. Cod. de Interdict.* textus in leg. 3. *Cod. Finium regund.* textus in leg. *Exitus*. ff. de *Acquirend. posses.* textus in leg. *Inter ligantes*. ff. de *Judic.* textus in §. *Retinenda*, *Institut. de Interdict.* Respondeo, quòd textus in dict. leg. *Liberis*. §. *Si quis ex servitute*. ff. de *Liberal. caus.* hoc singulare adducit de novo, quòd quando quis simpliciter conqueritur iudici de sua possessione turbata, & petit simpliciter & summarie in ea defendi, adversarius petit idem; vel quando iudex ex officio, visa discordia, vult cognoscere quis sit in actuali possessione, quia nullus eorum vult esse actor; tunc iudex in utroque casu potest breviter & summarie, & sine libello de possessione cognoscere, & interim possessorem tueri & defendere in possessione, & prohibere alterum, ne ad rem vel fundum accedat: & attende bene, quòd hoc casu nullum præjudicium fit alteri parti in proprietate nec in possessione, cum non sit definitiva sententia in aliquo lata; unde altera pars, vel quælibet earum poterit plenarie, & juridicè agere vel petitorio proprie-

proprietatis causa ad regios conventus remittitur, ex leg. 10. *titul. 7. lib. 3. Recop.* quam ultra Matienz. ibi, late explicat Molin. *lib. 3. de Primog. cap. 13. per totum.*

tatis, vel possessorio remedio *Uti possidetis*, libellum offerendo & iudicio plenario procedendo, & sententia definitiva ferri quæ plenum præjudicium afferat in prædicta possessione: & ita debet intelligi textus in dict. §. *Si quis ex servitute*. Alia verò jura superius allegata loquuntur & procedunt, quando uterque vel aliquis eorum agit iudicio plenario possessorio *Uti possidetis*, & interim durante lite nulla est controversia inter partes: Et ista practica & doctrina potest habere locum & verificari, modò lis sit orta super remedio possessorio plenario *Uti possidetis*, modò adhuc non sit orta: quia quolibet casu poterit iudex ad petitionem partis vel ex officio cognoscere breviter & summarie de possessione, & illum in ea defendere interim, hoc est durante lite mota vel movenda: & ista est intentatio practicæ hujus regni sic fundata in dict. §. *Si quis ex servitute*, & licet certe ille textus hoc non probet, nec ejus intentio fuit casum particularem disponere, sed tantum concordare cum aliis juribus supra allegatis; tamen in expressò per illum textum ita reperio quòd tenet Speculat. Magister practicæ in *titul. de Libellorum conception.* §. *Nunc dicendum est.* 4. *column. versic. 22.* & ibi notabiliter Joan. Adr. in *Addit. idem tenet Specul. in titul. de Petitorio & possessorio.* §. 1. *final. column. versic. In summa*, & videtur esse de mente Innocent. in *cap. Præsentia, de Probat.* 1. *column. in med. num. 2.* & ejusdem Innocent. in *cap. Cum venissent, de Instit.* 1. *column. numer. 1. versic. Vel dic quod ambæ partes*, idem etiam reperio quòd tenet Bald. qui singulariter loquitur, licet non alleget. *Specul. in leg. Ordinarii. Cod. de Rei vendend.* 4. *column. versic. Sed hic quero, duo asserunt, &c.* & reputat esse multum notabile: Idem tenet ibi Paul. de Castr. 1. *column. num. 2.* dicens, quòd istum casum pluries habuit de facto: & ista est intentio Bald. quem omninò vide in leg. *final. Cod. de Edict. divi Adrian. toll.* 2. *column. num. 4. versic. Et est notandum, tenet etiam Bald. in leg. Quisquis. Cod. Quorum appellat. non recip.* & magis in expressò quàm alius reperio, quòd istam doctrinam & practicam ponit Franc. de Aretin. in *cap. In præsentia, de Probat.* 5. *column. in fin. numer. 34.* ubi dicit, quòd si iudex cognovit de possessione incidenter & simpliciter quoad effectum, ut pars quæ possidet utatur & fruatur possessione, & altera pars non accedat ad fundum, nec eam molestet; tunc ista declaratio & præceptum iudicis non facit ple-

num

num præjudicium in possessione, quia fuit iudicium summarium intentatum ad alium finem, argumento text. in leg. *peni. ff. de His qui sunt sui vel alien. jur.* ubi sententia lata in causa summaria alimentorum non præjudicat in causa filiationis: & argumento text. in *cap. Veniens, el. 2. de Testibus*, ubi probationes factæ in iudicio summario non plenè præjudicant in plenario: si verò iudex cognovit principaliter de possessione ad hunc finem, ut determinaret quis possideret remedio proprio possessorio; tunc sententia ejus erit definitiva, & plenum faciet præjudicium, argumento text. in *dict. leg. Ordinarii cum similib.* licet ipse eas non alleget: & argumento text. quem ipse reputat singularem, in *cap. 1. §. Si tres de pace tenenda, in usibus Feud.* & isto casu dicit ipse, quòd potest intelligi text. in *dict. §. Si quis ex servitute*, & istam conclusionem etiam tenet Paris de Puteo in *tract. Syndica. in parte iudex fol. 176.* Præterea pro hac sententia considero text. singularem in leg. *penultim. ff. Aqua. quotid. & æstiva*, ubi dicitur, quòd quando lis vertitur super servitute, ille qui est in quasi possessione ejus debet defendi, & sibi caveri de non impediendo durante lite, donec finiatur: & ad hoc notat Glos. ibi Bart. Alber. Rainer, Angel. & communiter DD. & per illum textum ita tenet Glos. notabiliter in leg. 1. §. *Hoc interdicto*, in *glos. 1. magna in medio, versic. Tamen dic. ff. de Itinere actuque pri.* & ibi Bartol. 2. *column. num. 2.* Angel. ibi, 2. *col. numer. 2.* Paul. in *leg. Sicuti*. §. *Sed si quæretur. ff. Si servitus vend.* 2. *column. in fin. numer. 9.* Cæpola in *tract. Servit. in cap. de Servit. itineris* 11. *column. num. 35.* Item etiam pro ista parte facit text. in *cap. 1. & 2. Ut lite pend. text. in cap. Cum Ecclesia Sutrina, vers. Clericos, de caupo.* & pro. text. in *cap. Cum perisona, §. Quod si tales de Privil. lib. 6.* ubi expressè probatur, quòd quando quis est in pos-

sessione rei, jurisdictionis, census, vel alterius juris debet in ea defendi, & nullo modo inquietari durante lite super proprietate: & ibi tenent & notant DD. & per illa jura istam doctrinam ponit Innocent. & communiter DD. in *cap. Pervenit in princ. de censibus.* Ergo eadem ratione idem dicamus in nostro casu, quando uterque ageret remedio possessorio, quòd durante lite defendatur in ea ille, qui interim melius probaverit. Item & quartò pro ista sententia & practica facit text. singularis in *cap. Cum venisset, de Institutionib.* secundum secundam lectionem Innocent. quam ibi ponit in 1. *col. in med.* secundum quam ibi probatur, quòd licet sit actum tantum petitorio, nihilominus si in processu negotii constat iudici reum esse in possessione, potest iudex ex officio suo pronuntiare illum in ea esse tuendum usque ad finem causæ, ex eo quia omnia, quæ emergunt & accidunt post litem contestatam, pertinent ad officium iudicis: & ad hoc illum textum summè notat & commendat ibi Abb. *penultim. col. vers. 2. lectur. (1)*

127 Pro cuius perfecta intelligentia & declaratione dico & præsuppono, quòd possidenti dantur interdicta & remedia possessoria; & iste est principalis effectus possessionis: Et magistraliter & resolutivè dico, quòd tria sunt genera interdictorum. Nam quoddam est interdictum adipiscendæ possessionis, quoddam retinendæ, quoddam verò recuperandæ: text. est, qui istam doctrinam & theoreticam ponit, in *lege 2. §. Hæc autem interdicta. ff. de Interdictis*, cuius verba sunt: *Hæc autem interdicta quæ ad rem familiarem spectant, aut adipiscendæ sunt possessionis, aut recuperandæ, aut retinendæ:* & ibi notant Alberic. Angel. & DD. ad idem est text. in §. *Sequens divisio in princip. Instit. de Interdict.* & ibi notant DD. & per ista jura istam doctrinam theoreticam ponit Azor. in *Summa, Cod. de Interdict.* 1. *column. num. 7.* Specul.

(1) Hujus autem praxis autor fuit Jacob. But. in *leg. Incerti, Cod. de Interdict.* quem sequuntur Bald. in *leg. Ordinarii, num. 9. Cod. de Rei vendicat. & in leg. fin. num. 10. Cod. de Edict. divi Adrian. tol. Castrens. Consilio 3. lib. 2.* & plures alii relati à Covarrub. *Practic. Quest. cap. 17. à num. 1.* Menoch. de *Recup. posses. in præludiis num. 24. & sequentib.* Et de retinenda re. ult. ex num. 1. Sarmient. *lib. 2. Selectarum cap. 13. num. 9.* & hoc iudicium alii præparatorium iudicii possessoris principalis, alii summarissimum possessorium appellant, Galli reudentiam, vel casum novitatis. Hispan. interim, & entretanto, ut ex variis observant Menoch. de re ult. retinenda ex num. 3. Covarrub. ubi supra. Veteres autem hoc iudicium vindictiarum appellant, ut ex Cicer. Asconio Pediano observant Budæus in *leg. 2. de Origine juris, Alex. ab Alex. lib. 6. Genialium dierum cap. 10. Alciat. lib. 1. Parergon. cap. 9. & lib. 6. capit. 24. Othoman. in §. Appellamus Inst. de interdictis. Rebard. ad leges primas Tabularum, cap. 12.* & plures quos refert & sequitur Menoch. de *Recup. in præludiis num. 31. & de retinenda remed. 3. num. 8. & remed. ult. num. 10.* ex quibus venit intelligendus text. in *leg. 2. §. Cum placuisset, ibi: Vindicias filia sua à se abdicasse. ff. de Origine juris.*

in tit. de Caus. pos. & prop. in princ. num. 1. Bald. in l. Una, Cod. Uti possid. idem Bald. in Certi, Cod. de Interdict. 8. column. num. 26. & ibi Gloss. ordinaria in verb. Competentibus, Cin. in l. Ordinarii, in col. n. 2. Cod. de Rei vend. & ibi Salyc. 1. col. num. 1. Gloss. notabilis & ordinaria in cap. Pastoralis, in gloss. magna in princip. de causa pos. & prop. & ibi Abb. 2. col. num. 12. Anton. 3. col. num. 17. Cardin. 2. col. n. 3. & communiter DD. Alex. in leg. Naturaliter. §. Nihil commune, in princ. num. 2. ff. de Acquir. posses. & non reperiuntur alia genera interdictorum nisi ista, secundum Bald. in dist. 1. Ordinarii, 2. col. n. 3. (t)

128 Interdictum igitur adipiscendæ competit hæredi de jure prætorio vel civili pro consequenda & adipiscenda possessione rerum hæreditarium, postquam jam adivit hæreditatem: nam cum in eo non sit translata possessio post mortem defuncti, licet adita sit hæreditas, ut in leg. Cum hæredes. ff. de Acquirend. posses. & supra dictum est; necessariò datur ei hoc interdictum pro possessione consequenda; & istud vocatur: Quorum bonorum: text. est in lege 1. & per totum. ff. Quorum bonorum, text. in leg. 1. & per totum, Cod. eodem titul. text. in §. Sequens, versic. Adipiscendæ, Inst. de interdictis. Et habet locum hoc interdictum tam ex testamento quàm ab intestato: text. est expressus in leg. 1. Cod. Quorum bon. text. in lege 2. & fin. eod. tit. & aperte probant verba generalia text. in dist. leg. 1. ff. eod. in princip. Et in specie istam conclusionem & declarationem ponit Azor. in Summa, Cod. de Interdictis, idem Azor. in Rubr. Quorum bonorum, in princ. Specul. in tit. de Testamentis. §. Nunc

(t) Interdictum adipiscendæ competit pro adipiscenda possessione, quæ antea non fuerat adeptata: text. in leg. 2. §. Adipiscendæ, de Interdict. Inst. eodem. Quod triplex est in Quorum bonorum, quorum legatorum, & Salvianum, de quibus late agit Menoch. de Adipiscend. remed. 2. & 3. Sunt & alia tria adipiscendæ possessionis remedia civilia, primum, ex leg. ultim. Cod. de Edict. D. Adrian. toll. sequens ex leg. 3. Cod. de Pignor. ultimum, ex officio judicis, de quibus Menoch. ubi supra remedio 4. 5. & 6. Hanc autem interdictorum divisionem diminutam esse, quæcumque interdictum possessorium, scilicet conservandi, reperiri contendunt Bald. in cap. 1. §. fin. de Prohibita feud. alien. per Federicum, Rip. in §. Nihil commune, num. 2. de Acquir. posses. Bologneti 1. part. num. 48. quod interdictum competere asserunt, ubi filio impuberi, cui quæstio status hæreditatis movetur ex beneficio Carboniani edicti, differtur quæstio in tempus pubertatis, mittiturque in possessionem, vel si possideat, tuetur. & conservatur, text. in leg. 3. §. Missum de Carbon. edict. & in leg. 1. Cod. eod. verum hæc sententia vera non est, meritoque reprehenditur à Romano & Alex. in dist. leg. 1. à Fabio in §. Nihil commune, num. 4. Soc. Jun. num. 10. Bereng. Num. 1. part. num. 176. in Prælu. num. 13. Menoch. de Adipiscend. in prælu. n. 14. Baldi opinionem probat dicta lex 3. §. Missum, nam rejecta interpretatione Jasi ibidem, quam sequitur Socin. in dist. §. Nihil commune, & sibi adscribunt noviores, & testatur Coffras. dist. numer. 13. in fin. existimantes, illud interdictum extraordinarium esse, & ideo in divisione Justiniani & Ulpiani nullam ejus fieri mentionem; respondendum est, interdictum retinendi includi, ut rectè advertunt Romanus, Alex. quos sequitur Menoch. ubi supra.

dicendum, in princip. ubi omnino vide Rosfred. in libellis suis in 2. part. in Rubric. de interdicto: Quorum bonor. in princ. & aperte vult Gloss. ordinaria in leg. 1. Cod. de Edict. div. Adrian. toll. supra verb. legitimo, versicul. Item quæro, & ibi Cin. 2. column. 3. oppos. Bart. ibi: 3. column. numer. 5. Alb. ibi, antep. column. in fin. versicul. Item quæritur, & meliùs quàm alius ibi Paul. 6. column. num. 14. & ibi Salyc. Jas. ibi, antepenultim. column. numer. 28. Corn. ibi, penult. column. in princip. tenet Salyc. notabiliter in leg. 2. Cod. Quorum bonorum fin. quest. Rip. in Rubr. ff. Quorum bonorum 2. col. in fin. versic. 8. differentia. Plat. in Summa, versicul. Restitutoriam post princip. Insti. de interdictis. Ang. de Aret. in §. de Actio.

Item adde, quòd datur & competit hoc interdictum solum hæredi, vel successori universali in tota hæreditate, vel quota, ex tali causa vel titulo ex quo transit dominium sine traditione, ut est successio hæreditatis de jure civili vel prætorio, vel restitutio Trebelliani, vel petitio bonorum causa libertatum conservandarum: non autem competit particulari successori in re certa, puta, legatario, vel hæredi instituto in re certa, alio dato cohærede universali, vel donatario causa mortis; nam licet in legatarium, vel donatarium causa mortis transeat dominium recta via post mortem defuncti; non tamen competit, eis hoc interdictum pro adipiscenda possessione: text. qui sic debet intelligi in lege 1. in fin. ff. Quorum bonorum, ibi: Et ad universitatem bonorum non ad singulas res pertinet, & ibi Gloss. fin. in finali exposit. & ibi tenent & declarant Din. Alber. & Angel. & bene Franc. de Rip.

Ibi, final. column. & istam doctrinam, & theoreticam ponit Bald. notabiliter in leg. Incerti, Cod. de Inter. 6. column. num. 12. quem omnino vide: facit glossa expressa in leg. final. Cod. de Edict. div. Adrian. toll. in verb. Ex parte, in princip. ubi dicit, quòd remedium possessorium adipiscendæ illius legis competit tantum hæredi universali, non verò particulari, puta legatario, vel instituto in re certa, alio dato cohærede universali: argumento textus in leg. 1. §. Si ex fundo. ff. de Hæred. instit. & in leg. Quoties. Cod. de Hæred. instit. & illam Glossam sequuntur ibi Bart. 5. column. num. 8. Bald. 9. column. num. 38. Paul. 3. column. num. 7. Corne. 2. column. num. 8. & notabiliter ibi Philipp. Dec. 6. column. num. 23. Jas. ibi, 3. column. in fin. Alexand. quam vide in leg. Quoties de Hæred. inst. penultim. column. num. 7. Ex qua regula & doctrina ego infero, quòd non competit hoc interdictum emptori totius patrimonii alicujus viventis, nec emptori hæreditatis defuncti; cum non sit successor universalis ex ultima voluntate, nec transeat dominium ipso jure solo titulo: Quod est verum ex persona propria; sed ex persona hæredis vendentis competet: argumento textus in leg. Emptor. hæreditatis. Cod. de Hæred. vel act. ven. & in leg. 2. ff. eod. cum simil.

Item datur & competit contra quemlibet possessorem universalem hæreditatis defuncti, vel contra quemlibet particularem possessorem vel detentatorem alicujus rei; ita probat textus in dist. leg. 1. ff. Quorum bonorum, in princip. Ibi dum dicit: Quod de his bonis pro hærede aut pro possessore possides, &c. & per eum ita tenet Glossa ordinaria ibi, in gloss. fin. in princ. & ibi Angel. de Perus. & Rainer. & meliùs & expressiùs ibi Franc. de Rip. fin. column. in princip. & tenet Glossa expressa in leg. 2. Cod. Quorum bonorum in glossa final. & ibi Angel. de Perus. & Salyc. num. 4. Rosfr. in Libellis suis, in 2. part. in Rubr. de interdicto: Quorum bonorum, in glossa final. in princip. num. 8. Speculat. in titul. de Testament. §. 1. num. 4. Angel. de Aretin. in §. Quadrupli. de Action. 11. column. num. 34. Pro qua sententia & conclusione facit bonus textus in leg. Regulariter in fin. cum leg. sequent. ff. de Petit. hæred. ubi habetur, quòd petitio hæreditatis datur contra possidentem totam hæreditatem, vel aliquam rem particularem: & per eum ita tenent ibi Glossa Bartol. Odofred. Bald. Angel. & communiter DD. textus Glossa & communis opinio in leg. 1. §. 1. ff. Si pars hæred. petat. & in specie per illum textum quòd idem sit in hoc interdicto, tenet Glossa ordinaria in §. sequent. versic. Adipiscendæ in glossa 1. Insti. de interdictis, juncto ibi textu.

Anton. Gomez. ad Leg. Tauri.

Item adde, quòd istud interdictum competit tantum pro rebus, quas possidebat defunctus tempore mortis, & reliquit in sua hæreditate: non verò pro his quas illo tempore non possidebat; sed tunc oporteret agere remedio petitorio, scilicet rei vindicatione, vel Publiciana: ita probat textus in leg. Item videndum §. final. junct. leg. sequent. quæ incipit: Et non tantum. ff. de Petit. hæred. ubi habetur, quòd petitio hæreditatis, quæ maximam habet similitudinem cum hoc interdicto, solum competit pro illa rebus quas defunctus reliquit in suo patrimonio & hæreditate; & ad hoc notat ibi Bartol. & communis opinio, ergo ita dicamus in hoc interdicto: ita tenet Cin. in leg. 1. Cod. Quorum bon. 1. column. in med. Jacob. Butr. ibi, 2. column. in medio. Salycet. in Rubr. eodem titul. 1. column. num. 3. Alber. in leg. 2. ff. eodem titul. Bartol. in leg. 1. fin. column. in fin. Cod. eodem, imò etiam datur pro rebus tantum detentis à defuncto, ut ibi dicit Bartol. & DD. ubi supra: Glossa in §. Sum autem, versic. Restitutoria, in glossa pro possessore, de interdictis, & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Petr. de Bellapert. in leg. 2. in princip. Cod. Quorum bonorum, ubi subtiliter dicit, quòd licet possessio defuncti non continuetur in hæredem; tamen illa possessio, quæ erat apud defunctum tempore mortis, operatur ut competat hoc interdictum hæredi ut consequatur eam, & restituatur hæres ad illam rem & possessionem, quæ per tertium sit ablata vel occupata post mortem defuncti; & ista est intentio & notabilis declaratio Petri de Bellapert. & pro hoc ego considero textum, & iste est ejus sensus, in leg. 1. ff. Quorum bonorum, in versic. primo, ubi dicit, hoc interdictum restitutorium est: quasi velit dicere, quòd possessio rei, quæ erat penes defunctum si, post ejus mortem reperiatur penes alium, restituatur hæredi: ad idem facit textus in §. Summa autem, vers. Restitutoria, Inst. de interdictis, & iste est sensus Glossæ ibi, in verb. Bonorum possessori, in finalibus verb. ubi dicit, quòd inspecta persona defuncti, istud interdictum est restitutorium; inspecta vero persona hæredis, est adipiscendæ: & ibi tenet & sequitur Faber. num. 2. Angel. ibi, 3. col. in med. & in expresso ita tenet & declarat uno verbo Jacob. Butrig. in leg. 1. Cod. Quorum bonorum. 2. column. in medio, & ista est intentio Paul. de Castr. in leg. 2. Cod. de Edict. divi Adrian. toll. 2. column. in fin. imò, quòd magis est, dico, quòd talis hæres debet probare illas res fuisse penes defunctum tempore mortis; cum sit causa & fundamentum suæ intentionis, sicut dicimus in remedio possessorio adipiscendæ, leg. fin. Codic. de Edict. divi Adrian. tollent. ut tenet

Rr

ibi